

disputationi de justificatione. impromam, ut integram  
ad mundinas Paschales habeatis. Jam enim paginas  
aliquot Typographus absolvit, utinam magno bono  
Eclesia! quod solum equidem specto. Quidam juvenis  
Jesuita Moguntinus Adamus Sörzen chartis ineptissi-  
mis quibusdam in me vulgatis remoram mihi adferre  
cogitavit, sed non revocabit me à metâ, quam  
ubi contigero, si quod opere pretium dixerit, re-  
sponsum feret, non tamen ut abs te Gretserus, pri-  
vato scripto, sed Editione totius Tomi IV. recognita  
saluta ex me. collegas tuos et vale diu Eclesia.  
Heidelbergae. 26. Octobris 1614.

771.  
J. Pareus

D. Danieli Tileno salutem.

En tibi, charissime Tilene, per filium Georgium cum  
illustrissimo suo ad vos rediit, Apocalypsicum com-  
mentarium, precibus amicorum mihi tandem ex-  
ortum, cui ut varia iudicia apud praecipue Ponti-  
ficis, Sacerdotumque parata vides, ita quid tibi de  
eius methodo et tractatione videatur, perscribere  
ad me ne graveis, peramanter oro. Tuo enim  
gravissimo iudicio tribuere soleo plurimum. Gra-  
tulabor vero Eclesia Anti-Bellarminum tuum  
quem nunc isthic abs te adornari, ex literis D. Sa-  
pelli atq; D. Hamburghii verbis intellexi. Longa jam  
est Jesuitarum gloriatio, nondum produsse daudem  
aliquem qui Goliathum suum totum confecerit. Multi  
pugnâ aggressi in media arena cesserunt, Ego  
postremas acies nescio an labefactarim. Tu quae-  
da operam, ut vel totum prosternas, vel certe il-  
lam Herculi eripias. Orthodoxa vero doctrina  
vestigia sic premas, ut ejus proclaram trophaeum  
erigas posteritati. Quid vero est, quod declaratio-  
nem tuam hactenus silentio deseris? Num adversarii  
Batavo facit herban porrexisit? id certe non  
nemo

224

nemo literis ad me misisset. Quos te hanc labem  
eluas publice, si non apologia alia, saltem librorum  
de gratia et libero arbitrio 4. Tomi castigatione.  
solidiore. vale Vir Carissime. Heidelbergae.  
4. Aprilij 1614.

Ex literis ad D. Georgium Scheuchlicium  
Vesaliensis Ecclesiae Pastorem vi-  
gilantissimum.

172.

Quod quæris, an provocati debeatis descendere  
ad disputationem cum doctore, Ubiquitario, et si  
minimè formidabile sit orthodoxis hoc homi-  
nam genus, quod portentum Ubiquitatis fuerit,  
tamen multum interest, qui, adversum quos,  
coram quibus, quo fine, et eventu certamen  
pascipiant. Certè non est omnibus datum, ut  
et benè doceant et benè disputent. Adhibendi  
igitur sunt ad disputandum viri idonei, et do-  
ctis necessarius, hoc est, peritià judicandi,  
dicendi, argumentandi, convincendi, nec non  
audore et moderatione, pià instructi, non  
superbi, contentiosi, præcipites. Nec est facile  
congruendum cum superbis, loquacibus, qui non  
veritatem quærent, sed victoriam. Adhibendi  
sunt auditores testes, moderatores arbitri, vel  
judices prudentes ad judicandam de rebus divinis ido-  
nei, quales profectò non sunt omnes Magistrati.  
Multi enim putant, ut in libris civilibus penes eos  
stare victoriam, qui vel audacius vel ad ratio-  
nem humanam probabilius de causa, disserunt.  
Denique periculosum etiam duorum vel paucorum  
facundie, peritià, vel affectibus totius Ecclesie  
causam committere, ut cum illis stet vel cadat reli-  
gionis veritas, quomodo Romani olim et Albani,  
controversiam de imperio pavonum duello dore-